



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 102. Titulus XXXIV. De Canonicis, & Capitulis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

Sæcul. XVI. mentorum, ac omnia, quæ ad Dei cultus
A.C. 1584. tum, animarum salutem, & pauperum
sustentationem pertinent.

Canon V. Archidiaconi, & alii inferiores, qui jus visitandi habent, a dicta visitationis suæ per scribam idoneum excipiunt, eaque intra mensem ad Episcopum perferant.

Canon VI. Solvantur antiqua, aut consueta jura, cum visitationum, tum procurationum, Episcopis, Decanis, Capitulis, Archidiaconis, Archipresbyteris, & aliis, quibus debentur: & ad illorum præstationem omnes censuris Ecclesiasticis compellantur.

Canon VII. Jura Synodalia, Cathedratica, Episcopalia, & quævis alia antiqua, aut consueta, Ecclesiasticis, cuiuscunque dignitatis, Ordinis, gradus & conditionis existant, integre persolvantur sub pœna excommunicationis: quam si negligenter, extraordinarie puniantur.

§. CII.

Titulus XXXIV. De Canonicis, & Capitulis.

In titulo trigesimo quarto de Canonicis, & Capitulis duodecim leguntur Canones, in quorum primo dicitur: *Canonicos, qui ad hoc instituti sunt, ut exemplo Levitarum in Ecclesiis certis & frequentibus horis Deum orient, & ei laudes*

laudes canant, & sacra mysteria pera-
gant, pura mente, & corpore Deum co-
lere oportet: ut dum pro omni populo
Deum precantur, ei in primis accepti sint,
& luceat lux eorum coram hominibus.

Sæcul.XVI.
A.C.1584.

Canon I. Monentur Episcopi, &
Capitula Ecclesiarum, quæ jus electionis,
collationis, aut provisionis habent, ut ne-
minem ad Canonicatus, seu præbendas ad-
mittant, nisi quem natalibus, ætate, mo-
ribus, & doctrina competenti præditum
agnoverint.

Canon II. Compellantur Canonici
ab Episcopis, aut Capitulis, intra annum
a die receptionis, ubi ætatem idoneam at-
tigerint, sacrum Subdiaconatus ordinem
suscipere, reliquosque intra tempora sa-
cristi Canonibus constituta adipisci. Si ta-
men in quibusdam Ecclesiis nonnullæ præ-
bendæ Subdiaconis destinatæ sint, consue-
tudo servetur.

Canon III. Sciant omnes, qui bo-
na Ecclesiæ possident, & iis utuntur, si
officium suum non impleverint, aut ab
Ecclesiastico ordine defecerint, se ad eo-
rum restitutionem teneri: quod cuique in
sua receptione significetur, idque in eo-
rum institutione jurejurando præstito pro-
mittant.

Canon IV. Si non sit sufficiens red-
ditus Canonicis, provideat Episcopus, si-
ue per suppressionem præbendarum, ubi
magnus

Sæcul. XVI. magnus erit earum numerus, sive per unio-
A.C. 1584. nem simplicium beneficiorum non Regula-
 rium, ut iis proventus competenter au-
 geatur.

Canon V. Cum ad conservandam,
 & augendam Ecclesiasticam disciplinam in-
 stitutæ sint Ecclesiarum præsertim Cathedralium
 dignitates, ad eas neminem admittant
 deinceps Episcopi, & capitula, nisi
 morum & doctrinæ sufficientia commen-
 dabilem, & gradu Theologæ, aut juris
 Canonici insignitum.

Canon VI. Dignitates, & officia,
 quæ Scholasteriæ, vel Cancellariæ dicun-
 tur, deinceps iis tantum conferantur, qui
 vitæ, & doctrinæ sinceræ testimonio pro-
 batæ sint, & Doctores, aut Licentiati in
 sacra Theologia, aut saltem in jure Ca-
 nonico: qui etiam fidei suæ professionem
 coram Episcopo, & capitulo emittant.

Canon VII. In singulis Ecclesiis
 Cathedralibus, & Collegiatis, in quibus
 Canonicus Theologus institutus fuerit, te-
 neatur bis, aut semel ad minus in hebdo-
 mada prælegere, & diebus Dominicis, &
 festis solemnibus Concionem publicam habere.
 Concionanti autem illi, & prælegenti te-
 neantur adesse omnes dignitates, Canonici,
 & alii Ecclesiæ Cathedralis & totius ci-
 vitatis Ecclesiastici, sub pœnis indicendi:
 graviore autem pœna plectentur, qui se-
 mel, atque iterum moniti absuerint.

Canon

Canon VIII. *Canonicis non liceat in Sæcul. XVI.*
domibus suis extraneos, & laicos, etiam A.C. 1584.
cognatos, præsertim mulieres recipere, aut
iis domos, quas in claustris suarum Ec-
clesiarum habent, locare, neque etiam ex-
tra claustra, præsertim in domibus laico-
rum habitare.

Canon IX. *Canonici convenientes ad*
capitula, primum tractent de celebratione
officii divini, & quoscunque defectus delin-
quentium corrigant, tum de temporalibus
negotiis statuant.

Canon X. *Non convenient in capi-*
tula diebus festis, nec aliis tempore ma-
joris Missæ, qui illis diebus & horis capi-
tula indixerit, illius diei distributionibus
careat: qui vero ex ejus mandato convene-
rint, pari pœna puniantur: & quæ ab il-
lis definita fuerint, irrita, & nulla cen-
seantur.

Canon XI. *Capitula, seu loca illa,*
in quæ convenient Canonici, ab Ecclesia
sint segregata, ne divinum officium per-
turbetur.

Canon XII. *Legantur singulis an-*
nis in capitulis generalibus Capitulorum
statuta. Quodsi in quibusdam Ecclesiis
bellorum injuria, aut casu aliquo fortui-
to perierint, auctoritate Episcopi, aut
Superioris nova condantur.

§. CIII.